

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consilium z  
cum fonte primo

Quidam quod tantum amicis  
committenda sunt omnibus narrant  
et in quaslibet aures  
quicquid illis urit exonerant.  
Quidam eciam rursus karissimorum  
conscienciam reformidant,  
et si possint ne sibi quidem credituri  
intus premunt omne secretum.  
Neutrum faciendum est.  
Vtrumque enim uicium est  
et omnibus credere et nulli,  
sed alterum honestius dixerim uicium,  
alterum tucius.

Seneca II. parte epistolarum epistola II.

Quidam quae tantum amicis  
committenda sunt obviis narrant,  
et in quaslibet aures  
quidquid illos urit exonerant;  
quidam rursus etiam carissimorum  
conscientiam reformidant  
et, si possent, ne sibi quidem credituri  
interius premunt omne secretum.  
Neutrum faciendum est;  
utrumque enim vitium est,  
et omnibus credere et nulli,  
sed alterum honestius dixerim vitium,  
alterum tutius.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 3.4 (L. Reynolds ed.,  
vol.1, p.5, ll.1-8).